



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**S. Avrelii Avgvstini Hippoensis Episcopi Et S. R. E.  
Doctoris Vita**

**Lancilottus, Corneille**

**Antverpiæ, 1616**

Cap. IX. Vrbs ab Alarico diripitur: id D. Augustinus infidelium sceleribus  
tribuit; Catholicorum verò pietati quòd non planè sit deleta. hinc occasio  
data scribendi libros De Ciuitate Dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42857**

## CAPVT IX.

Vrbs ab Alarico diripitur: id D. Augustinus  
infidelium sceleribus tribuit; Catholico-  
rum verò pietati quòd non planè sit dele-  
ta. Hinc occasio data scribendi libros De  
ciuitate Dei.

Lib. 2. Re-  
tract. c. 43.

**A**NNO decimo supra quadringentesi-  
mum, ad ix. Kalendas Septembris in-  
gruit horribilis illa belli tempestas, quâ vr-  
bem Romam obruit Alaricus Rex Gotho-  
rum, eamque militibus suis diripiendam  
tradidit. Qui licet hæresi Arianâ essent im-  
buti, nec non sectarios omnes immanitate  
antecellerent, tanto nihilominus honore  
sunt Romana templa prosecuti, ut non eis *Romana re-  
pla magno  
in pretio  
etiam apud  
immanes  
Gothos.*  
solùm pepercerint edicto Imperatoris, ve-  
rumeriam quotquot fuerunt in ijsdem per  
fugam elapsi. Quin etiam quòd mirum vi-  
deri potest, quantumuis essent auri atque  
argenti sifientes, tamen sacrâ supellectile  
manus abstinuerunt: & quædam vasa, quæ  
à quibusdam clandestinè surrepta fuerant,  
exertis vndique contra barbarorum impe-  
tum mucronibus, non sine pompâ templis  
suis restituerunt. Virgines quoque ( rarum  
exemplum victoriæ, quæ naturâ insolens  
est) illibatae mansere. *Huc usque* ( ait Augu-  
stinus) *cruentus seuebat inimicus, & ibi ac-*  
*cap. 1. & 7.  
cipiebat*

Lib. 11. De  
ciuit. Dei

cipiebat limitem trucidatoris furor. Hanc prorsus infandam cladem cùm gentiles in Christianam Religionem immerito conferrent, S. Augustinus contrà cùm priuatim tum publicè pro concione docuit, ex infidelium impietate hanc calamitatem fluxisse. Quòd verò non penitus vrbs deleta sit, id Orthodoxæ fidei cultoribus tribui debere. Præbuit ea res materiem Augustino, vt multarum lucubrationum xxii, libros De ciuitate Dei conscriberet. Quod verò pietati cruentos inter gladios locus aliquis inuentus sit, hoc, inquit, *Christiano tempori, hoc Christi nomini tribuendum, qui truculentissimas mentes illas mirabiliter temperauit.*

Lib. i. De  
ciuit. Dei  
cap. 7.

## CAPVT X.

*Improbat D. Augustinus indulgentiam  
Honoriū in hereticos.*

Rom. 8.

CVM verò Attalus imperio per tyrannidem occupato, maiora in dies minaretur, essetque Africa non in mediocri discrimine, si tot edictis Donatistæ prouocati, pro tyranno viribus agerent; dissimulans aliquantulum Honorius Imperator, humanâ, ( quæ Deo est inimica ) prudentiâ Donatistis permisit, vt quam vellent Religionem amplecterentur. Quæ indulgentia desijt, suasu præsertim Augustini & aliorum